Interim tamen externa turbabantur undique Lynceis insidiæ. Aulici quippe omnes consulta
ad S. Joannem orationes in templo satis mirati fuerant, nonnulli suspicionem inde tra=
hebant alij superstitionem affirmabant, pessimi nonnulli hæresim neque alij incantatio=
nes blatterabant. Tam sunt ad male agendum prona hominum mens, ut mali etiam
bene agentes pessime agere credant. Nulla interim illis à vexationibus quies, ut
unumquemque ad arma neque tacentes viderentur nebulones, quasi ibi dubitarent hæc assi=
dua diligentia semper vexati essent Lyncei et cum nullus auderet quisquam vel con=
tra minimos etiam hominum; ita ipsorum patientia elephantorum crescebant pe=
tulantiæ. At quod his omnibus longè deterius erat, incipiebat parens lubricum Principem
Lynceum. Mater itidem et avus, reliquique consanguinei ob falsas accusationes ab aulicis
contra ipsum delatas; patientissime ipse perferebat, sed interim omnes ut decuit negavit,
hoc unicum factum esse, se solum studijs incumbere operam neque hoc vitium exi=
stimare, sed contra illi credebant hæc intermittenda esse et mores etiam corrigi in Lyn=
ceorum labore, Auctiorum ex his crevit indies livor ut fere inter parentem et filium
dissensionis exoriretur odium, tot vitijs eius famam lacerabant. Unus inter cæteros quo=
tidie parentem accedebat, hic plane pessimus coluber et versutissimus serra patri
summam filij esse nequitiam persuadebat, et male contra eum urgebat, deterius con=
tra Lynceos ut ipsos dicerem [illegible] illuminatos ex Dæmonis gratia dicerent, cum pro=
fecto neque in scientiam ut quem indies convocare et ad multas horas audire libenter sole=
bat videre [illegible] nec domi nec in plateis [illegible], Porrigebat interim filio
pollicens ipse patri benevolentiam et ad ea redire tali quæ parenti summe displicebant, filio
summe placitura fraudulenter persuadens, Hac arte exacerbata parentis indignatio, et
filij crevit patientia, quam tamen nebulo ille omnino dissipatum iri laborabat, Nescio Lyn=
[illegible] malitia, vel cæterorum aulicorum acerbiori [illegible]
dolo, aderant enim et alij nequissimi homines Cælingo et Lyncealitati pessime fa=
ventes, Processu vero temporis sicut infra dicetur utrumque satis proditum fuit.
Eousque quotidianis sermunculis et confabulationum intricationibus modo paren=
tem modo principem adorti [illegible] animum utriusque torruerunt. Una tamen vice in=
ter cæteros filio dixit parentem mortem neque filij haud unquam laturum. præcipere in=
terim ut incepta relinquat [illegible] se carceribus commissurum et Castri
S. Angeli vinculis traditurum. Turbarunt [illegible] mira solertia ab in=
[illegible] inter Lynceorum parietes quid agendum
sibi foret non una vice consilia petierunt. Inter cæteros vero consiliorum cel=
lebriores. habitum fuit unum præcipue sub sequentis anni primo die de qua Igenn.
iam [illegible] sic annus primus Lynceorum clausus est [illegible] et
[illegible] auspicati sunt [illegible] Lyncealitatis exordio. Si ea quæ pa=
[illegible] habent principium [illegible] sunt, satis hæc durabit Lyncealitas quæ
illico ab initio contra persecutioni se assuevit. Atque hæc de actis primi anni

inchoati à die. 17. Augusti anno salutis humanæ,

1603. usque ad Aprilem Anni 1604.

Laus Deo

[illegible].